







1752.

1. Bruckmann, Dr. Georg: De fideicomisso ejusque legitima probatione
2. Schorch, Hieronymus Fridericus: Utam conditionem, qua certa religio in subiecto requiritur pro turpi vel honesta sit habenda?
3. Schorch, Hieronymus Fridericus, Facult. juridicæ Decanus  
l. b. s. (ad lect. cursoriam et Dr. mag. Wilhelmi Antonii  
36. Wrede, (ins. lat.) Fac. jur. Decanus: Programm. Johanni Wilhelmi  
4. Wrede, (ins. Wilhelmi) Schickhageni, praemissum.  
4. Wrede, Wilhelm Anton: De statu hominum.  
1753.

1. Brückmann, Dr. Georg: De eo, quod iustum est in  
usuceptione circa titulum pro herede, et accessionem  
possessionis.
2. Coeth, Frider. Wilhelmus: De exceptionibus rei iudicatae  
executionem impediuntibus.
3. Kemmer, Johannes Fridericus: Trija in aliorum  
forum in causis tum civilibus, tum criminalibus.





1763

- 4<sup>o</sup> Heme, Andreph Christoph: De facultate sibi ipsi  
46 jus dicendi sine iudice.  
a Ludolf, Hieronymus: De petitione ipsi dominis.  
5. Rumpel, Sigismundus Frider: De usufructuario, fructuum  
domino.  
6. Schorch, Hieronymus Fridericus, Facult. juridicae Decanus.  
l. b. v. (ad dissertationem in aeg. Jo. Friderici Keumeri  
invitat).  
7. Schorch, Hieronymus Fridericus, Facult. juridicae Decanus.  
l. b. v. (ad dissertationem in aeg. Joannis Friderici Lats.  
invitat)  
8. Schorch, Hieronymus Fridericus l. b. v. (ad dissertationem  
in aeg. Friderici Gustelini Coithii invitat)  
9. Schorch, Hieronymus Fridericus l. b. v. (ad dissertationem  
in aeg. Sigismundi Friderici Rumpel invitat.  
10. Spitz, Jo. Christophorus, Facult. juridicae Decanus :-



ad lect. curs. et Dissertationem inang. Hieronymi  
Briellneri habendam invitatus

1754.

1. Henn, Augustus Christoph: De legitimatione libera-  
rum per subsequens matrimonium.
2. Spitz, Dr. Christoph, Facult. juridicæ Decanus l. b. s.  
(ad dis. inang. Joannis Samuelis Vogelii invitatus).
3. Streckeus, Cons. Willh: De eo, quod ad hoc juris imperantiam  
justum est.
4. Streckler, Cons. Wilhelmus: Facult. juridicæ Decanus:  
- et Dissertationem inang. Joannis Joanne Ferdin  
Kettenberil . . . habentem . . . invitatus.

1755.

1. Spitz, Dr. Christophorus: De Decanus Facultatis juridicæ  
- - - lecturi honorato s. p. d. (ad disputationem inang.  
Joannis Alexandri Bernardi Streckleri invitatus).



- 2:3. *Streckler, Joannes Alexander Bernardus*: De juribus clericorum singulartibus. 2 Exempl.
- 1756 <sup>1a</sup> *Prentzel, Jo. Bapt.*, lib. 6. de: De materia fidei in jure obveniente
16. *Henne, Rudolph Christoph*: De expositione infantum ex ista juris naturalis, Romani atque Germanici.
1. *Henne, Rudolph Christoph*: De tabula l. R. l. principum.
2. *Henne, Rudolph Christoph*: De eo, quod iustum est circa appropiationem territoriorum Germaniae, eorum retentionem.
3. *Preventineller, ab Michelberg, Franciscus Antonius*, Comes de: De eligendo Romanorum rege.
4. *Schorch, Hieronymus Fredericus*, Facult. juridicae Decanus l. b. s. (ad Dissertationem in ang. Georgii Emmanuelis Hogelii invitata)
4. *Schorch, Hieronymus Fredericus*, Facult. juridicae Decanus l. b. s. (ad Dissertationem in ang. Johannem Zacharias Schrotteri invitata)
5. *Schorch, Hieronymus Fredericus*, Facult. juridicae Decanus l. b. s. (ad Dissertationem in ang. Johannem Zacharias Schrotteri invitata)



1757.


1. Birckenstock, Faculus Engelbecher: Dissertatione inang.  
juridica ad tit. I. l. tit. II. feudorum.
2. Schorch, Hieronymus Fridericus, Facult. juridicae Sax-Deca-  
canus l. b. s. (ad dissertationem inang. Faculi Engelberti  
Birckenstockii invitat).

1758.

1. Henne, Paul. Christoph: De cessione bonorum liberis  
et parentibus et hereditatis facta.
2. Schorch, Christian Fridex. Immanuel: De feudis  
censuum.
3. Streck, Conrad Wilhelm, Fac. jur. Sax-Decanus:  
Programm, dissertationi inang. Christiani Fridex  
Immanuelis Schorchii praesentatum.







8





ALMAE ET PERANTIQUAE VNIVERSITATIS  
ERFORDIENSIS

RECTOR

AC

FACVLTATIS IVRIDICAE DECANVS

HIERONYMVS  
FRIDERICVS  
SCHORCH,  
JCTVS,

S. PALAT. CAESAR. COMES,  
MEMORATAE FACVLTATIS ASSESSOR ET IV-  
RIS PVBL. PROFESS. ORDINAR.

NEC NON  
CIVITATIS CONSVL SENIOR,

L. B. S.

---

ERFORDIAE,  
TYPIS IOHANNIS CHRISTOPH. HERINGII,  
ACAD. TYPOGR.



ALMAE ET PRINCIPALIS UNIVERSITATIS  
ERFORDENSIS

R E C T O R

20

FACULTATIS IURIDICAE ERGANVS

HIERONYMVS  
FRIDERICVS  
SOHRICH

1707

SPATIUM GRATIAE

MEMORANDUM

AD

1707

GRATIAE

J. B. S.

ERFORDIA

EXACTOR

1707

*[Handwritten signature]*







**I**n statu civili omnem vim priuatam regulariter illicitam esse, ex instituto ciuitatum et iudiciorum facile intelligitur. Finis quippe cunctarum ciuitatum et Rerum publicarum securitas est, quae obtineri nequit, si ciuibus per vim agere, litesque, quae inter eos nascuntur, non iure, sed armis disceptare, adeoque perpetuis motibus publicam turbare tranquillitatem permittitur. Apposite CICERO *L. 3. de legib.* *Nihil est, inquit, exitiosius ciuitatibus, nihil tam contrarium iuri et legibus, nihil minus civile et humanum, quam composita et constituta Republica quidquam agi per vim.* Merito igitur in legibus Romanis non solum vindicta priuata, iurisque sui violenta et propria auctoritate facta persecutio prohibetur. *l. 176. D. de reg. iur. l. Vn. C. ne quis in sua caus.* verum etiam variis poenis, amissione inprimis iuris crediti, vel domini, coercetur. *l. 13. D. quod met. caus. l. 7. C. vnde vi.* Conf. BOEHMER, *Diss. de poena ius sibi dicentis sine iudice.* vbi et *c. 2.* usum allegatarum legum hodiernum solide adstruxit. Quemadmodum autem, obseruante GROTIUS *de I. B. et P. L. l. c. 3. §. 2. n. 1.* lex vetans sine iudicio suum consequi restringi debet ad casum, vbi copia est iudicii, hoc autem vel momentanee vel continue cessat: ita si iudex plane non sit, vel saltem eo momento, quo nobis iniuria inferitur, adiri, ac sine certo periculo aut damno expectari nequeat, ius suum etiam extra iudicium



cium persequi ac tueri licet. *v. tit. C. quando liceat uni-*  
*cuique sine iudice se vindic. et ibi Dd. add. FINCKLERI*  
*Diss. de persecut. iuris sui extra iudic. propria auctoritate*  
*facta. vbi hoc multis exemplis illustrat. Quo inter*  
*alia etiam pertinet, quod possessori ad defendendam*  
*possessionem suam vim illatam vi propulsare expresse*  
*permittitur, modo sequentia concurrant, vt 1) posses-*  
*for recte, hoc est sine vitio, possideat. l. i. C. vnde vi.*  
*vbi tamen inter Interpretes non conuenit, vtrum suf-*  
*ficiat, si ab eo, contra quem hac defensione vti vult,*  
*nec vi, nec clam, nec precario possideat, an vero ne-*  
*cesse sit, vt nec ab vlllo alio possessionem vitiose na-*  
*ctus fuerit? Posterius placet GIPHANIO in d. l. i. p. 279.*  
*eo quod hoc remedium extraordinarium ac priuatum,*  
*ac proin difficilius, nec nisi iusto possessori conceden-*  
*dum sit. Sed cum aduersus extraneos etiam vitiosa*  
*possessio prodesse soleat, l. f. D. de acquir. vel amitt.*  
*poss. et qualiscunque possessor hoc ipso quod possessor*  
*est, plus iuris habeat, quam ille, qui non possidet, l. 2.*  
*D. vi possidet. praeter ea in interdicto vti possidetis pos-*  
*seffor vincat, licet ab alio, quam aduersario rem vitio-*  
*se consecutus sit. l. i. §. f. D. eod. §. 4. I. de Inter-*  
*dict. et denique non excusatus peccet, qui iniusto,*  
*quam qui iusto possessori vim ac manus infert: fen-*  
*tentia priori loco relata probabilior videtur. STRVV.*  
*de Vindic. priv. c. 6. apb. 3. 2) vt vis, quae possesso-*  
*ri fit, iniusta, et legibus improbata sit, veluti si quis*  
*non sinat possidentem eo, quod possidet, vti arbitrio*  
*suo, siue in serendo, siue fodiendo, siue arando, siue*  
*quid aedificando, siue quid omnino faciendo, per quod*  
*liberam possessionem aduersarii non relinquat. l. ii. D.*  
*de vi et vi armat. Econtrario illa vis, quae ad sui de-*  
*fensionem*



fensionem suscipitur, pro iusta ac licita habenda est.  
GAILL. de Pac. Publ. L. 1. c. 8. n. 18. et c. 16. n. 7. sqq.  
3) vt possessio iusto defendatur modo, nimirum a) in  
continenti, siue confestim, non ex interuallo. l. 3. §. 9.  
D. de vi et vi armat. et in ipso congressu. l. 17. D. eod.  
Vis enim, quae ex interuallo inferitur, non ad defensionem,  
sed vltionem ac vindictam spectare censetur;  
CUIAC. L. 5. Obs. 18. quando autem in continenti facta vi-  
deatur defensio, diuersimode a Dd. explicatur, dum  
alii ad biduum vel triduum eam restringunt, alii arbitrio  
iudicis pro personarum et rerum qualitate hoc re-  
linquendum esse statuunt, alii vero censent, tunc illam  
in continenti fieri, si eo tempore quis inuasori resistit,  
quo vis et iniuriae sibi illatae noticiam habere coepit, et  
auxilio amicorum ad recuperationem rei inuasae vti  
potuit. GAILL. c. l. c. 16. n. 12. sqq. quod postremum ve-  
ro videtur simillimum, cum partim in alleg. l. 3. §. 9.  
D. de vi et vi armat. in verb. *dummodo sciamus*, partim in  
*Ordin. Camer. P. H. Tit. 10. §. 2.* vbi: *Zu frischer That,*  
*oder wann er seine Freunde und Helfer haben mag,* perspi-  
cuae fundatum sit. Quamobrem nulla fuit causa GIPHA-  
NIO ad d. l. 1. C. vnde vi, p. 281. cur pro nouo et miro,  
atque a iure ciuili alieno habuerit, quod in c. olim. 12.  
X. de restitut. spoliar. Episcopo et Canonicis, quorum  
praedia quaedam Templarii per vim occupauerant, per-  
missum fuerit, eosdem multis post diebus expellere,  
siquidem decursus temporis paullo longioris non sem-  
per impedit, quo minus defensio in continenti perfecta  
dicatur. GAILL. c. l. n. 15. sq. Vtcrius b) ad inculpatae  
tutelae moderationem etiam requiritur, vt defensio of-  
fensioni respondeat. Sic arma armis repellere licet. l. 1.  
§. 27. l. 3. §. 9. D. de vi et vi armat. Vnde tamen ge-



neraliter concludi non potest, quod inermis inuasor sine armis necessario repelli debeat, vel quod accurata armorum ac telorum distinctio adhibenda sit, cum haec res, quae in factis posita, adeo certe defini vix possit, sed modus pro causa aestimandus sit, adeoque inermis, forte robustus, ab imbecilliore etiam armis, telis vel lapidibus deturbari queat, recte docente GYPHANO *c. l. p. 281. et 282.* Quod si tamen modus defendendi iustus non exacte obseruatus fuerit, excedens ad satisfactionem debitam non immerito condemnatur. *alleg. c. 12. X. in f. de restit. spol.* vel etiam pro ratione circumstantiarum poena arbitraria afficitur. *GALL. c. l. n. 24.* Sed de argumento hoc nobilissimo in Lectione, quam vocant, Cursoria ad *cit. c. olim 12. X. de restit. spoliat.* ex Cathedra copiosius disseret

NOBILIS ET CLARISSIMVS DOMINVS

## WILHELMVS ANTONIVS WREDE,

De cuius vitae curriculo sequentia nobis innotuerunt. Natus is est Paderbornae An. MDCC XXIX. die 29. Jan. Patre FERDINANDO WREDE, Palatii Cæs. Comit. Reuerend. ac Illustrissimi Capituli Cathedralis Ecclesiae Paderbornensis Secretario, nec non Iudicii Prouincialis Aulici ibidem Assessore, Matre vero CATHARINA SOPHIA GRAES, Serenissimi Principis Electoris Coloniensis Consilarii Cameralis et Quaestoris Neuhufani Filiâ. Ab illo statim tempore dictorum Parentum praecipua cura fuit, vt eius subcrescens aetas ad pietatis pariter ac doctrinae Christianae scitu necessaria praeccepta informaretur, et per praeceptores fideles atque industrios ad artes et scientias optimas erudiretur. Quorum sub cura domestica cum in pietate et moribus



bus fundamenta iecisset, ad inferiores grammatices scho-  
las Gymnasii Theodoriani Paderbornensis eum mise-  
runt, ubi per integrum quinquennium operam dedit  
literis humanioribus: relictis dein scholasticis subfellis  
Philosophiam, Logicam scilicet, Physicam et Metaphy-  
sicam per biennium sub Reuerendo et Doctissimo Pro-  
fessore Patre ASSVERO PETERS audiuit. Hisce principiis  
Philosophicis imbutus anno M DCC XLVIII. ad stu-  
dium Iuris se contulit, cuius principia partim ex pri-  
uata institutione Doctissimi et Consultissimi Professoris  
RIETHERS, partim ex ore Dni Patris hausit. Facto de-  
inceps Anno MDCC XLIX. itinere per Hollandiam et  
Regis Borussiae nec non Regis Poloniae et Electoris Sa-  
xoniae Prouincias, anno MDCC L. die 2. Maii ad per-  
antiquam hanc Geranam Vniuersitatem accessit; ut in-  
choatam Iuris scientiam perficeret; et quidem Cur-  
sum Iuris Ciuillis et Feudalis tam in Collegiis priuatis  
Praenobilis et Consultissimi Dni IOANI CHRISTOPH.  
SPITZ, U. I. D. Facultatis Iuridicae Iudiciiue  
Electoralis Prouincialis Assessoris ac Professoris Publici  
Extraord. quam etiam in Scholis priuatis Praenobilis  
et Consult. Dni IO. GEORG. BRÜCKMAN, I. U. D. Archi-  
episc. Eccles. et Elect. Prov. Iudiciorum Assessor ac Prof.  
Publ. Extraord. absoluit. Deinde Iuris Canonici princi-  
pia explanantes per biennium audiuit Praenobilissimum  
ac Consultissimum Dnum IO. MICH. ROTERMUND, I.  
V. D. Celsissimi Principis et Electoris Mogunt. Consil.  
Regiminis atque Ciuitatis Erfordiensis Praetorem ac  
Professorem Decret. Publ. nec non Plurimum Reuer.  
Dnum IO. IOACHIM. HYNOLD, I. V. D. Sac. Can. Pro-  
fess. Publ. Ord. et Insignis Ecclesiae Collegiatae ad S. Se-  
uerum Can. Capitul. Nec minus Iuris Publici explica-  
tionem



tionem ad ductum MASCOVII ex ore viri Generosi et  
Consultissimi Dn. IO. ARNOLD. DE BELLMONT, I. V.  
D. Regiminis Elect. Consil. Iur. publ. Prof. Publ. Ord.  
Ciuitatis Erford. Consul. Sen. & Bibliothecae Boine-  
burgicae Directoris, per biennium percepit. Tandem  
studis suis finem imponere instituens, quo ad patriae la-  
res cum honore reuerti possit, à Facultate nostra mode-  
ste petiit, vt ad Examen Rigorosum, aliaque specimina  
Inauguralia admitteretur. Cui laudabili perito Ordo  
noster annuere non dubitauit, ac proin textus ex vtro-  
que iure enucleandos eidem transmissit, quos non so-  
lum docte interpretatus est, verum etiam ad quaestio-  
nes in Examine propositas tam promte respondit, vt  
vnanimi consensu ad vteriora specimina admissus, iis-  
que exantlatis supremis in vtroque iure honoribus di-  
gnus iudicatus fuerit. Quamobrem lectionem Cur-  
suar. eaque finita Dissertationem Inauguralem

DE STATV HOMINVM

proximo die Iouis habebit. Quibus actibus solenni-  
bus vt Vniuersitatis nostrae Domini Proceres ac Ciues  
frequentes interesse non dedignentur, perquam huma-  
niter ac officiose contendo. Publ. sub Sigillo Facult.  
Iurid. d. VIII. Octobr. A. O. R. MDCCCLII.





ULB Halle  
005 355 710


3











*Autodidax*

ALMAE ET PERANTIQUAE VNIVERSITATIS  
ERFORDIENSIS

1752/3<sup>a</sup>

3

RECTOR

AC

FACVLTATIS IVRIDICAE DECANVS

HIERONYMVS  
FRIDERICVS  
SCHORCH,

JCTVS,

S. PALAT. CAESAR. COMES,  
MEMORATAE FACVLTATIS ASSESSOR ET IV-  
RIS PVBL. PROFESS. ORDINAR.

NEC NON  
CIVITATIS CONSVL SENIOR,

L. B. S.

ERFORDIAE,  
TYPIS IOHANNIS CHRISTOPH. HERINGII,  
ACAD. TYPOGR.

